



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXX. De Reditu Barthenium & plurium Lethovvinorum morte.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Burchardus de Schwenden IX. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus de Tierberg Junior XII. Mag. Provinc. Prussia.

antè conversionem meam, nisi hoc solum, quod dum infideles
imaginem B. Virginis Mariæ & filii sui spoliassent in Polonia,
& secuissent per medium, ego de terra sustuli & mundavi vesti-
bus meis, & ad locum decentem posui, quo dicto feliciter in
Domino obdormivit.

CAP. CCXX.

De

Reditu Barthensium & plurimum Le- thovvinorum morte.

Antequam fratres impugnarent castrum, Gartham prædi-
ctum, quidam Bartenses, qui ultimo de Pogesania fugerant,
cum Lethovvinis congregato Exercitu processerunt contra Po-
loniam, ubi præter alia mala, quæ fecerunt, magnam prædam in
hominibus & pecudibus deduxerunt. Sed duo Barthenses scil.
Numo & Dersko post hujusmodi deprædationem factam in
territorio Garthe securi fuerunt Exercitum & ad petitionem
ipsorum omnes Barthenses fratrum gratiam invenerunt & uxo-
res ipsorum, & liberi sunt eis restituti; quod tamen Fr. Th. Ad-
vocato Sambiæ & multis aliis fratribus displicuit, dum ad ipso-
rum notitiam devenit propter futura pericula quæ per eos ti-
mebant incurrere, sicut rei eventus postea comprobavit; Dicti
ergo Numo & Dersko habita gratia fratrum occurrerunt exerci-
tui Lethovvinorum prædicto, & postquam expediverunt com-
paterotas suos, quod actum esset de Castro & territorio Garthe,
& quomodo essent fratrum gratiæ restituti, occiderunt Letho-
vvinos & spolium secum duxerunt in Pogesaniam & habitabant
ibi, sicut prius.

CAP.